

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Ascensio k  
cum fonte primo

Virtutes  
ministre precedentes Christum in ascensione  
ad alias uirtutes celestes clamant  
ut uiam Domino uenienti aperiant eique occurrunt;  
reserate, inquit, celestes aditus uenienti Domino.

Eternalis ingressus pateat.  
Aperiantur etheree ianue  
et eternarum edium ualue.  
Et introibit rex glorie in celum  
ut ad dexteram Patris interpellat pro nobis.  
Ipse enim uirtutes angelice  
nouo misterio carne induti stupefacte  
querunt cum admiratione: Quis est iste rex glorie?  
quibus respondent alie: Dominus uirtutum  
et cetera.

Licet enim multi scirent ipsum esse hominem,  
non tamen sciebant humanam naturam  
supra se exaltandam.

Ieronymus super illud Psalmi: Attollite portas.

[Hier.] Attollite portas,  
virtutes,  
ministrae precedentes Christum in ascensione,  
ad alias virtutes coelestes clamant,  
ut uiam Domino uenienti aperiant, eique occurrant,  
o principes coeli attollite portas vestras, id est  
reserare coelestes aditus uenienti Domino.  
Et o vos, portae aeternales elevamini,  
id est aditus coeli et  
aeternalis ingressus pateat.  
Aperiantur aetherae ianuae,  
et aeternarum aedium ualue.  
Et introibit rex glorie in coelum  
ut ad dexteram Patris interpellet pro nobis [Aug. Hier.].  
Ipse autem uirtutes angelicae,  
nouo misterio carne induti stupefacti,  
quaerunt cum admiratione: Quis est iste rex glorie?  
quibus respondent aliae: Dominus uirtutum,  
ipse est rex glorie.

Petrus Lombardus, *Commentarius in Psalmos Davidicos*, 23.9 (PL 191, col.251C-252A).

(fons nondum repertus)